

Stelis Maxonii Schltr. n. sp.

Epiphytica, erecta, usque ad 40 cm alta; rhizomate valde abbreviato; radicibus filiformibus, flexuosis, glabris; caulibus gracilibus, elongatis, plus minusve flexuosis, biarticulatis, unifoliatis, vaginis 2 dissitis, alte et arcte amplectentibus obsessis, 11—23 cm longis, 1,5—2,5 mm diametientibus; foliis suberectis, plus minusve obliquis, ligulatis, basin versus sensim subpetiolato-attenuatis, glabris, coriaceis, 12—15 cm longis, medio fere 2,3—2,7 cm latis; inflorescentiis singulis vel 2—3-nis, erectis vel subpatentibus, plus minusve flexuosis, usque supra basin floriferis, 9—10 cm longis, ut videtur folio semper brevioribus, secundis; bracteis ovato-cucullatis, acutis vel breviter acuminatis, ovario cum pedicello fere aequilongis; floribus atropurpureis, parvulis, glabris; sepalis perlate rhombeo-ovatis, tertia parte basilariter connatis, trinerviis, c. 1,5 mm longis, intermedio obtuso, lateralibus obliquis, subapiculatis; petalis oblique subquadratis, apice truncatis cum gibbo carnosus valde obtusus, vix 0,5 mm longis, trinerviis; labello circuitu semiorbiculari, obtuse apiculato, carnosus, medio incrassato, bigibbo, margine anteriore elevato-incrassato, petalis aequilongo, sed latiore; columna brevi crassa, apicem versus valde dilatata, triloba, lobis lateralibus divergentibus, truncatis, dorsali erecto, semioblongo; ovario cum pedicello glabro, c. 2 mm longo.

P a n a m a: Humid forest along the upper Caldera-River, Holcombs trail, above El Boquete, Chiriqui, 1450—1650 m. — William R. Maxon n. 5697, March 1911.

Unter den Arten mit dunkelroten Blüten in Zentral-Amerika durch die langen Stämmchen und die kurzen Infloreszenzen ausgezeichnet.